



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Magica ad depellendum amorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

AMORVM

I. IOVIANI PONTANI LIBER SE  
CVNDVS PARTHENOPAEI.

MAGICAI AD DEPELLENDVM

amorem ad Theodorum Galam.

Itē caput Lenae hedera redimi-  
te uirenti,

Tūq; nigrā tenebris nox adoper-  
ta comam,

Languida nunc facili componite lu-  
mina Somno.

Fessaq; securus octupet ossa sopor.

Tu modo tincta puer Leihæo dilue somno.

Pocula, sic tristis nānq; fugandus amor.

An mage Thessalicis tentem medicamina ierbis?

Et rumpam Magico uincula ueneficio.

Stant aræ, lectæq; suis è collibus herbae

Et suci, et Magicis carmina ficta sonis.

Tum geminæ sacro rorantes hymbre Cupressi,

Inq; sepulcrales Cedrus adusta rogos.

Nec lunam nox prona negat, nec sydera desunt

Bis genibus, nota bis ueneranda prece.

Rore pio conspergo caput, dic uersus in ortum

Hæc quater, et leuo mox pede tangis humum.

Vincula nunc hæc soluo, atq; hæc ut uincula soluo

Carmine sic nostro cede solutus amor.

Cerea ut hæc gelida durescit forma sub unda

Durescant rigido corda sepulta gelu.

Carmine Iasonios fugit Medea penatis,

Carmine, et hoc fugias corde repulsus

Puluere quo steriles quadrupes sua corpore uersat.  
Tu quater hoc ipso puluere sparge caput.  
Cyzicea mox tinge et aqua. quater amne fluenti  
Dilue, ut extinto cedat amore calor.  
Dic Lethe bona uerba, precare obliuia Lethen,  
Lethæo mersas tingat ut amne faces.  
Fallor? an incipiunt tristes discedere curæ?  
Pacatoq; uenit mollior aura salo?  
In portum mea uecta ratis, retinacula cessant.  
Libertas portu tutior ipsa mihi est.  
Libertas cui cedit Amor, cui mater amorum.  
Ascreas inter maxima uirgo deas.  
Iam tandem ad Musas, antiquaq; sacra reuertor,  
Et uatem accipiunt templa operata suum  
Pieriæ assistunt aures mihi grata canenti,  
Et plaudunt numeris Aonis antra nouis.  
Sed mihi nec sine te dulces Theodore Camœnæ,  
Castaliusq; iuuat nec mea labra liquor.  
Et tua iam pridem cinixerunt tempora Musæ,  
Insignemq; hederæ circuiere comam.  
Communes igitur Musæ, communia nobis  
Sunt studia, atq; eadem fata duobus eunt.  
Me quondam patriæ casus nil triste timentem,  
Cogit longinquas ire repente uias.  
Castræ peto, tenerisq; uirum confessus ab annis  
Tyrrhenas didici sub Ioue ferre niues.  
Mox ubi composito redierunt octa bello,  
Et repetit patrios Martia turba lares,  
Excepit Rhodio quondam fundata colono  
Parthenope studijs semper amata meis.

AMORVM. 11.

Te quoq; Turaticæ fugientem uincla cōtenæ  
Eiecat patrio Thessalonica solo.  
Iactatumq; diu diuersa per æquoratandem,  
Agnouit Phrygio condita Roma duce.  
Nunc eodem, quo me fato Campania tellus  
Delicijs pascit terra beata suis.  
Hic ubi nos longæ producere tempora uitæ  
Et resides annos claudere fata uelint.  
Et cum maturis etas nos soluerit annis,  
Inuictetq; audas Parca maligna manus,  
Tum mixtum cinerem communi onerare sepulcro  
Amborumq; unus contegat ossa lapis.

BOPHILLVS ADVLESCENS

alloquitur Phiellam amicam.

I quisquā infernas cupiat prænoscere poenas  
Si quisquam Elysij dona beata poli,  
Hic faciles uultus, ille indignantia cernat  
Lumina, in exitium nata Phiella meum.  
Aurea pacato diffundis tempora uultu,  
Aurea tranquillo pax & ob ore uenit.  
Dum loqueris, toto discedunt nubila cœlo,  
Verna quies roseo est, uernus in orbe decor.  
Candida felices sustollant linteal nautæ,  
Quoq; petant portus aura ministrat iter.  
Magnetem & gelido surgentes axe Triones,  
Quosq; sequatur habet tuta carina deos.  
Quod si quem placidis facilis dignaris ocellis,  
Nectaris huic fontes, Ambrosieq; flunt.  
Illic delicias, illic ludosq; iocosq;